

Reuerendo domino Stephano Rosino, Sa. Laes:
Maieſtatis Capellano et ſollicitatori: Eccle-
ſiarum cathe. Tridentin: Patauien:
et Viennen: canonico digniſſ.
Joann Stabius Au.
felicitatem.

QUoniam ad iſtum memorabile Imperatoris: Hungariae: Bohemiae: et Poloniae regum conue-
ſum Viennam veniſſemus: Librosq; Mathematicos cuius diſciplinæ iſta vniuerſitas ſemper
ſtudioſos habuit non nullos euoliſſem: ſubiit mihi iocunda noſtræ cōuerſationis memoria: quā-
doquidē iſtis ſtudiis annis ſuperioribus ibidē: non ſine diligentia vt noſti inſudauimus. Ne aut tu
in vrbe Roma: domina mundi: loco excellentiſſimo. Vbi nūc Imp. Cæs. diui Maximiliani cau-
ſarū ſollicitator apud ſanctitatē Pōtificis cōſtitutus es: iſta exercitamenta om̄ino (ob ingētia nego-
cia) intermitteres. ſelegi tibi ex operibus Georgii Burbachii Mathematici præclariffimi. Hoc geo-
metricum quadratū: quo facili labore vtrāq; mundi (hoc eſt. cœli & terræ) ſuperficiem dum libue-
rit metiri valeas: ad quod efficiendum te tuus nobilis Genius ipſuſq; mundi vocabulum incitas
bunt: nam Græci Latiniq; illum ab ornatu dixere: quo poſt ſui factoris dei immortalis contem-
plationem: inter viſibiles creaturas nihil dignius: pulchrius: & amabilius: aspici & cōtemplari da-
tur. exemplar ipſum Chalco graphi officio in plura ſimilia multiplicare curauit: quo plurib; illius
profeſſionis ſtudioſis illud cōmunicare & impartiri poſſis. Vale felix. ex Vienna Pannonia die
xxv. Iulii. Anno chriſti Milleſimo quingentefimodecimo quinto.

